

**INTROIT Ps. 91. 13, 14**

Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini: in átriis domus Dei nostri. -- Bonum est confitéri Dómino: et psállere Nómni tuo, Altíssime. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini: in átriis domus Dei nostri.

**COLLECT**

Adésto Dómine supplicatióibus nostris, quas in beáti Nicolái, Confessóris tui solemnitate deférimus: ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, ejus qui tibi plácuít précibus adiuvémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE I. Cor. 4. 9-14**

Fratres: Spectáculum facti sumus mundo, et ángelis, et homínibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Usque in hanc horam et esurímus, et sitímus, et nudi sumus, et cólaphis cædimur, et instábiles sumus, et laborámus operánte máibus nostris: maledícimur, et benedícimus: persecutiónem pátimur, et sustinémus: blasphemámur, et obsecrámus: tamquam purgáménta hu jus mundi facti sumus, ómnium peripséma usque adhuc. Non ut confúndam vos, hæc scribo, sed ut fílios meos caríssimos móneo: in Christo Jesu Dómino nostro.

**GRADUAL Ps. 36. 30, 31**

Os justi meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium. V.: Lex Dei ejus in corde ipsíus: et non supplantabúntur gressus ejus.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúia, allelúia. V.: Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Allelúia.

**GOSPEL Luke. 12. 32-34**

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolíte timére pusíllus grex, quia complácuít Patri vestro dare vobis regnum. Véndite quæ possidétis, et date eleemósynam. Fácite vobis sácculos, qui non veteráscunt, thesáurum non deficiéntem in cælis: quo fur non apprópiat, neque tinea corrúmpit. Ubi enim thesáurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

**OFFERTORY Ps. 20. 2, 3**

In virtúte tua, Dómine, lætábitur justus, et super salutáre tuum exsultábit veheménter: desidérium ánimæ ejus tribuísti ei.

**SECRET**

Præsta nobis, quæsumus omnípotens Deus: ut nostræ humilitátis oblátio, et pro tuórum tibi grata sit honóre Sanctórum, et nos córpore páriter et mente puríficet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Matthew. 19: 28, 29**

Amen dico vobis: quod vos, qui reliquistis ómnia, et secúti estis me, céntuplum accipiétis et vitam ætérnam possidébitis.

**POSTCOMMUNION**

Quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui cæléstia aliménta percépimus, intercedénte beáto Nicoláo, Confessóre tuo, per hæc contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus: planted in the house of the Lord, in the courts of the house of our God. -- (Ps. 91. 2). It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus: planted in the house of the Lord, in the courts of the house of our God.

Hearken, O Lord, unto our supplications, which we present to Thee on the feast of blessed Nicholas, Thy Confessor: that we, who put not our trust in our own righteousness, may be aided by the prayers of him who was well-pleasing to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, We are made a spectacle to the world, and to angels, and to men. We are fools for Christ's sake, but you are wise in Christ; we are weak, but you are strong; you are honorable, but we without honor. Even unto this hour we both hunger and thirst, and are naked, and are buffeted, and have no fixed abode; and we labor, working with our own hands: we are reviled, and we bless; we are persecuted, and we suffer it. We are blasphemed, and we entreat; we are made as the refuse of this world, the offscouring of all even until now. I write not these things to confound you; but I admonish you as my dearest children: in Christ Jesus our Lord.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment. V.: The law of his God is in his heart: and his steps shall not be supplanted.

Alleluia, alleluia. V.: (Ps. 111. 1). Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: Fear not, little flock, for it hath pleased your Father to give you a kingdom. Sell what you possess and give alms. Make to yourselves bags which grow not old, a treasure in heaven which faileth not: where no thief approacheth, nor moth corrupteth. For where your treasure is, there will your heart be also.

In Thy strength, O Lord, the just man shall joy, and in Thy salvation he shall rejoice exceedingly: Thou hast given him his heart's desire.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that the offering we humbly bring, may both be pleasing to Thee for the honor of Thy Saints, and cleanse us alike in body and soul. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Amen I say to you, that you, who have left all things and followed Me, shall receive a hundredfold, and shall possess life everlasting.

We beseech Thee, almighty God, that we, who have received heavenly nourishment, may through it, by the intercession of blessed Nicholas, Thy Confessor, be defended against all adversity. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.